

Quod fieri ferro liquidum potest electro. tal. pote-
 Ut significet viro forti à Vulcano, *stur. Ae-*
 & firma & splendida, è temperatura *neid. Sa*
 nobili, tradita arma fuisse. De lorica
 Hannibalis, Silius lib. II.

*Hoc ere & duri chalybis perfecta me-
 tallo,*

Atq; opibus perfusa Tagi. ---

Ex ære ferroq; factum, & auro indu-
 ctum fuisse demonstrat. Ferrum citi-
 us liquefcit melle restinctum, vt ebur
 vino: vitrum vellapis, in decoctione
 sanguinis, vt retulit Pandulphus An-
 glus: cuius fragmenta citata legi. libri
 enim integri nondum excusi sunt, in
 quibus copiose de fossilibus scripsit.
 E ferro globi fiunt, qui è tormen-
 tis æneis emittuntur, immani interdū
 pondere. In bello Mediolanensi, pro
 Francisco Sfortia gesto, in oppugna-
 tione oppidi Aronæ ad lacum Ver-
 banum, sex millia globorum aduer-
 sus mœnia explosa: in obsidione Li-
 psia, bello Saxonico ciuili, ultra mil-